

JURIS
CANONICI
THEORIA ET PRAXIS,
AD FORUM TAM SACRAMENTALE
quam contentiosum; tum Ecclesiasticum,
tum Seculare.

OPUS EXACTUM NON SOLUM
ad normam Juris Communis & Romani, sed
etiam Juris Francici.

Authore JOANNE CABASSUTIO Aquisextiensis,
Congreg. Oratorii Domini Iesu Presbytero.
Editio postrema ab ipso Authore recognita & aucta.



LUGDUNI
Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS,
& PETRI ARNAUD.

M. D C C. IX.^o
CUM PRIVILEGIO REGIS





EMINENTISSIMO DOMINO
HIERONYMO
GRIMALDO,
S. R. E. CARDINALI,

Aquarum - Sextiarum Archiepiscopo :

JOANNES CABASSUTIUS Aqui-Sextiensis, Otatorii
Domini nostri IESU Presbyter S. D.

ET SI commune omnium Christianam Religionem profitentium Officium in imitatione Christi consistat, cuius Apostolus nos adhortatur, ut simus imitatores sicut filii charissimi; Sanctusque Ecclesiae Doctor Gregorius Nyssenus toto suo ad Harmonium libro explorans quidnam rei sit Christianismus, nihil aliud esse commonster quam imitationem Christi Domini: hoc tamen officio arctius præ cæteris adstringuntur illi quos, ut Divinæ Scripturæ verbis utar, posuit Spiritus Sanctus.



JURIS
CANONICI
THEORIA ET PRAXIS.
LIBER PRIMIS.

CAPUT PRIMUM.

*Principus ac ultimus finis , ad quem collimare debet Canonica
Jurisprudentia : materia circa quam versatur , ejusque
partitiones.*

STUPENDA proorsus , nec unquam satis deploranda est
humani cæcitas animi , quem Divinus Spiritus suâ ictâ super-
naturali luce non collustraverit . Cùm enim nihil ita homi-
nis intersit , elque tam necessarium sit , ut est cognitio finis
ac felicitatis suæ , ad quam omnis vita , omnisque actus diri-
gendas sit ; ipsi tamen Gentiles Philosophi , qui omne ferè
studium ad hanc perquisitionem contulerunt , à scopo isto
adecò infeliciter aberrarunt , ut veterum Romanorum docti-
simus Varro , teste Augustino lib. 19. de Civit. Dei , cap. 1. ducentas octoginta &
octo diversas de fine , summoque hominis bono sententias collegerit : cùm tamen
ex tanto sententiarum numero non nisi unica possit esse vera & complectenda , ea
scilicet , quæ finem , summumque hominis bonum in unius Dei fruitione consti-
tuit